

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Secundum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiiis, 1583

Perillvstri Comiti Avgvstino Ivsto

<urn:nbn:de:gbv:45:1-770553>



P E R I L L V S T R I
C O M I T I
A V G V S T I N O . I V S T O



ATO quodam, planeq. bono fato contigit, ut, quo tempore Commentarius in Ciceronis librum de Facto mihi edendus esset, Te, de facie ignotum, per honorifico tamen Gabrielis Cauatij testimonio nossem. Multa is, spectatae uir uirtutis, de Te magnifica, multa praeclara, multa ad solidam gloriam directa consilia narrare solitus est. cui cum ego maximam fidem, ob acerrimum, quo praeditus est, iudicium, habeam; ferreus sim, ni Te, Tuasq. miras & animi, & ingenij dotes amem, colam, praeedicem. Abundare opibus, populis imperare, sunt, qui in laude ponant. uerum ego maiorem laudem statuo ijs deberi, qui diuitijs honeste uti sciant, ijsque, qui seipso potius regere norunt, gloriosumq. immortalitatis iter, maiorum suorum uestigijs impressum, ingressi, posteris quoque uirtute praeluent. Quae Tu cum optime praestes, cumq. totus ad ueram uirtutem sis natus, amat Te Verona, amant boni omnes, in cuius praesidio maximam suae felicitatis partem sitam ducunt. Horum in numerum cum ego summopere cupiam a Te referri, meam hanc uoluntatem obscuram esse non sum passus. uolui hoc, qualecumque est, animi mei, & obseruantiae signum Tibi primum ipsi, deinde alijs, qui haec legent, notum esse. Maiora a nobis in dies exspecta. Iacta sint fundamenta, quibus aedificium, & uirtuti tuae, uotoq. meo conueniens, aliquando superaddatur. Haec Tibi Valerius Palermus meus, meus inquam, quem Tuum, si non est, (cur autem, non esse, dubitem?) esse cupio, tradet. qui cum me plane cognoscat, meamq. in nobilissimam Familiam Tuam propensam uoluntatem, praecipueq. in Iulium Iustum, Comitem, quem iamdiu, praestantissimi uiri, Francisci Morandi, testimonio, noui; spero fore, ut suo sermone Tuam mihi benevolentiam aliquo modo conciliet.

V quo

quo & ipse mihi in officio constabit, & ego maximum laboris mei frumentum ex ea percepisse laetabor. Felicia Tibi omnia a Deo opt. max. precor. Venetijs, Kal. Oct. DXXCIII.

Aldus Mannuccius, P. F. A. N.



I N
M . T V L L I I . C I C E R O N I S
L I B R V M
D E . F A T O
Commentarius Aldi Mannuccij.



A R G V M E N T V M

Quia moralem philosophiae partem Cicero sibi Latinis litteris illustrandam , suisq. ciubus tradendam sumpsisset , ut ipse Tusculanarum disputationum principio testatur ; consequens erat , ut & libros de natura deorum , de divinatione , ac de fato scriberet , quod colligitur ex principio libri secundi de divinatione : pertinet enim ad moralem philosophiam Fati disquisitio , quia , si fati necessitas illa esset , frusta praecipere tur de moribus , qui praeceptis adiuuari nihil possent . Maxime uero id sibi faciendum , quod magnis contentionibus pendentibus ex ratione differendi res ipsa sit obscura . Quare Posidonium , Diodorum , Epicurum , Carneadem & ueteres philosophos de fato disputationes , sed eos tamen Cicero omnium arbiter conciliat , ostendens ad eundem exitum omnes uenire , uerbisque , & non re dissentire . Epicuri tamen modum philosophandi grauiter increpat , ut qui ea dicat , quae omnium mentes refugiant , & aspernentur .

C I C E R O

VIA pertinet ad mores , quos ἡγ Graeci uocant , nos eam partem philosophiae de moribus appellare solemus . sed decet au gentem linguam Latinam nominare moralem . explicanda uis est , ratioq. enunciationum : quae Graeci δέξιούτα uocat : quae de re futura cū aliquid dicunt , deq. eo , quod possit fieri , aut non possit , quam sim habeant , obscura quaestio est : quam περὶ δυνάτων appellant : totaq. est λόγια : quam rationem differendi uoco . quod autem in alijs libris feci , qui sunt de natura deorum , itemq. in ijs , quos de divinatione edidi , ut in utramque partem perpetua explicantur oratio , quo facilius id a quoque probaveretur ,

quod cuique maxime probabile uideretur ; in hac disputatione de Fato , casus quidam , ne facerem , impediuit . nam , cum eis in Puteolano , Hirtiusq. noster , consul designatus , ijsdem in locis , uir bonus , & nobis amicissimus , & ijs studijs , in quibus nos a pueritia uiximus , deditus ; multum una eramus , maxime nos quidem exquirentes ex consilia , quae ad pacem , & ad concordiam ciuium pertinerent . cum enim omnes , post interitum Caesaris , nouarum perturbationum causae quaeri uiderentur ; hisq. esse occurrentum putaremus : omnis fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio : idq. & saepe alias , & quodam liberiore , quam solebat , & magis uacuo ab interuentoribus die , cum ille ad me uenisset , primo illa , quae erant quotidiana , & quasi legitima nobis , de pace , & de otio . quibus acceptis , Quid ergo , inquit ille , quoniam oratorias exercitatio